UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## L.ANNAEI || SENECAE || Tragoediae.|| EDITAE EMENDA-||TIORES STVDIO || Georgii Fabricii || Chemnicensis.|| (LVCTATII GRAM-||MATICI ANTIQVI,IN || SENECAE TRAGOEDIAS || Periochae.||)

**Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>**

**Leipzig, [1566]**

Lilius Greg. Gyraldus. Dialogo VIII.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-694

Visual Library

# LILIVS GREG. GYRALDVS. DIALOGO VIII.

LVcius Annæus Seneca Tragicus, prioris Senecæ, qui vulgò cognominatus est Moralis, frater, vel (vt alij malunt) filius. Duos enim eadem ætate Senecas fuisse ex Valerio Martiale, & Sidonio Apollinari manifestum est. Vterq; patriam habuit Cordubam Hispaniæ, hodie quoq; nobilem, ex Annæa insigni familia, ex qua aliquot eadem fermè ætate viri & doctrina & moribus clari prodierunt, tres scilicet inprimis fratres, Annæus Seneca, Annæus Gallio, Annæus Mela. hinc versus ille Martialis:

Et docti Senecæ ter numeranda domus. & ex his Seneca hic Tragicus, Mela Pomponius, Lucanus, & alij. Quo mortis genere Tragicus hic poëta interierit, parum compertum: quot etiam Tragœdias docuerit, haud quaquam proditum: quidam enim has tantùm, quæ in manibus habentur existimant, alij plures: nonnulli nec has quæ leguntur, vnius esse hominis arbitrantur, sed diuersorum, ob quandam, quam ipsi sentiunt, styli differentiam. Sunt verò hæ decem, quæ in manibus à plerisq; nunc habentur, mira sententiarum & rerum vbertate refertæ. Fabius nec illas sua censura dignas putasse visus est, tametsi alicubi tantùm Medeam nominat. quidam ea caussa id factum rentur, quòd hic Seneca viueret adhuc: alij, quòd

nec

*nec dum eius in Senecas odium resederat. Me puero multo in precio habebantur, & quo quis plures ex iis versus memoriæ mandasset, eô magis à doctioribus commendabatur.*

*ACCES-*